



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

207. Papst Leo's X. Breve, worin der Erzbischof Albrecht von Magdeburg
ermächtigt wird, ungeachtet seiner Wahl zum Erzbischof von Mainz, das
Bisthum Halberstadt beizubehalten, vom 13. September 1514.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

sein k. f. gnade Im eins zu dem Andern gedencken. Actum kolen an der Sprew,
Donrftags Nach kyliani, Anno etc. XIII.

Aus dem Churmärkischen Lehnscopialbuche XXXI, 254.

207. Papst Leo's X. Breve, worin der Erzbischof Albrecht von Magdeburg ermächtigt wird,
ungeachtet seiner Wahl zum Erzbischof von Mainz, das Bisthum Halberstadt beizubehalten,
vom 13. September 1514.

Leo, papa X. etc. Venerabili fratri salutem et apostolicam benedictionem.
Exigunt merita tue devotionis, qua nos et Romanam reveris ecclesiam, ut illa tibi
favorabiliter concedamus, per que persone tue honore accrescat et ecclesia Maguntina,
cui nuper prefectus fuisti, sub tuo felici regimine valeat salubriter dirigi. Cum itaque
nos hodie ecclesiam Halberstadensem, cui tempore postulationis de persona tua ad
ecclesiam Maguntinam per Dilectos filios Capitulum ipsius Ecclesie Maguntine tunc
certo modo Pastore carentis ac admissionis postulationis hujusmodi necnon provisionis
et perfectionis de eadem persona tua eidem Ecclesie Maguntine per nos de fratrum
nostrorum consilio factarum preeras, ex eo quod nos etiam hodie Ecclesiam ipsam
Halberstadensem per postulationis admissionem ac provisionem et perfectionem predictas
dumtaxat apud sedem apostolicam per quasdam vacare decreverimus ac te administra-
torem in spiritualibus dicte ecclesie Halberstadenfis usque ad nostrum et dicte sedis
beneplacitum de fratrum nostrorum consilio per alias nostras literas apostolica auctori-
tatem deputaverimus, prout in singulis literis predictis plenius continetur; Et sicut
fidedignorum relatione accepimus plura Mense Archiepiscopalis Maguntini bona ob
dissensiones, que tempore se. re. pii, pape secundi, predecessoris nostri, inter duos tunc
per Capitulum prefatum in Archiepiscopatum Maguntinum in discordia electos, quorum
alterius a minori parte eorundem Capituli Electi electio per ipsum Pium predecessorem
confirmata fuerat, diu proh dolor vigerunt, fere usque ad summam sexcentorum Mil-
lium Florenorum auri ren. partim impignorata partim a non nullis magnis et potenti-
bus Dominis temporalibus illarum partium occupata fuerint et adhuc certi potentes
non nulla ipsius Ecclesie Maguntine dominia continuo infestare ad illa occupandum
suos sacrilegos conatus et temerarios ausus ac nephanda studia adhibere non desistant,
sed si dictum beneplacitum ad vitam tuam prorogaretur et tibi concederetur, ut dictam
Ecclesiam Halberstadensem in administrationem quoad viveres retinere valeres, profecto
dicta bona impignorata et occupata recuperare ac sacrilegis conatibus temerariis ausibus
et nephandis studiis dictorum Potentum resistere dicte Maguntine ac aliis Ecclesiis tuis

succurrere facilius et commodius posses. Nos te, qui in vigesimo quinto tue etatis Anno constitutus existis, Nec non dicte Maguntine et Magdeburgensi Ecclesiis ex concessione et dispensatione apostolica prees ac de cuius persona ex certis causis nobis notis specialem in Domino fiduciam obtinemus, favore prosequentes gratie amplioris, Motu proprio et ex certa scientia ac de apostolice potestatis plenitudine constitutionem ad dictum beneplacitum per nos factas huiusmodi ad vitam tuam dicta auctoritate tenore presentium extendimus et prorogamus, Tibique ut dictam Ecclesiam Halberstadensem etiam una cum Maguntinensi et Magdeburgensi ecclesiis predictis in dicta administratione quoad vixeris retinere ipsiusque Ecclesie Halberstadenfis ac illius bonorum possessionem, quam nuper cum solemnitatibus consuetis grauibz expensis apprehendisti, absque noua illius apprehensione continuare eandemque ecclesiam Halberstadensem in spiritualibus regere et gubernare ac in illa eiusque Civitate et diocesi pontificalia et alia iura per te uel alium idoneum exercere, Nec non debitis et consuetis Mense Episcopalis Halberstadenfis supportatis oneribus de residuis illius fructibus redditibus prouentibus disponere et ordinare libere et licite valeas, sicut Episcopi Halberstadenfes, qui pro tempore fuerint, de illis disponere et ordinare potuerunt seu etiam debuerunt, Alienatione tamen quorumcunque bonorum Immobilium et preciosorum mobilium dicte Mense tibi penitus interdicta, in omnibus et per omnia, perinde ac si ipsi Ecclesie Halberstadenfi ut Episcopus adhuc preesses et illa per decretum vacationis huiusmodi minime vacasset, auctoritate et tenore predictis concedimus et pariter indulgemus. Et insuper volumus ac motu, scientia et auctoritate predictis decernimus prorogationem et concessionem huiusmodi valere et tibi suffragari debere in omnibus et per omnia, perinde ac si per nos de dictorum fratrum consilio facte fuissent, sic que per quoscunque iudices et commissarios quavis auctoritate fungentes sententiari, iudicari, interpretari et diffiniri deberent, sublata eis et eorum cuilibet quavis alia sententiandi, iudicandi, interpretandi et diffinendi potestate et auctoritate ac irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac dicte ecclesie Halberstadenfis, juramento, confirmatione apostolica uel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Rome apud sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, Die XIII^a Septembris, MDXIII^o.

Nach dem Originale des Magdeburger Provinzial-Archives vom Archivar Stoß mitgetheilt.